Laibach/Ljubljana, 1296 Seite 226r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



Ecce sacerdos. A. Ecce sacerdos magnus qui quasi sol refulgens sic et fulsit in domo dei. A. Ecce sacerdos. Iuravit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. A. Ecce legit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. A. Ecce in diebus meis dabo vobis sacerdotem meum in domo sancto vivet eum. Sequencia. AD laudes saluatoris ut mens intendat humilis. Sed cantant hunc diem iusta de causa celebre. Gaudeat et se se sic pia uota promere. Hac die celorum secretum patuit lux pontificum. Iugiter in choro sancorum splendet ut sidus aureum. Et gaudium angelis factum est ex aduentu patris. Fuisse quod angelum domini constat exercituum. Qui cuique suam tribuit dans mensuram. Ad hanc dei caulas congregas ouiculas lupi preuidit insidias. Fidelis et prudens credita distribuens. Hic decet ad mensam domini petiam ut dignam faceret vsuram. Beatus hic seruus quem cum venerit dominus ita inuenerit. Probatum interea sup omnia statuat illum in patria. Ad trinam patris gloriam celebrandam clerus canat laudem dignam et populus pius respondeat voces. Dicam ego certum tamen patri iungat se suo grege pastorum et precibus fusis lacrimis clamemus. Pastor bone miserere ecclesie tuisque precibus refouet. Confer opem plebi tue preces adtende et pio iuuamine maculas diluet. In uia nos ad uiuia collocet in patria reddeque speremus bona. Mathm. Ps. III. Die i. d. s. Homo quidam peregre profiscens. Vocauit seruos suos. et tradidit illis bona sua. Et iuni

hec sequencia cantatur ut congaudent angelorum.